



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

IV. Si quis ministrum Iataris occidat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

II.

Præcipimus ne Christiani passim in exilium vendantur, vel in gentilitatem, ne forte pereant animæ quas propria voluntate mercatus est Dominus noster Iesus Christus: & totis viribus semper mundare patriam studeamus in finibus eius, & ab immundis operibus circumquaque cessemus.

III.

Et si sagæ vel incantatrices, veneficæ vel meretrices, alicubi compareant, expellantur a finibus nostris, vel in eis pereant, nisi cessauerint, & profundius emendent. Præcipimus ut ^{* id est} vwithersacan & vtlagæ Dei & hominum patria ^{iure diu-} exeant, si non resipuerint, & digne pœniteant. Fures, & ^{no & la-} eiusmodi damna populi propediem pereant, si non con- ^{culci-} quiescant. Omnem quoque gentilitatem modis omnibus ^{proci-} interdiciamus. Gentilitas est, si quis idola colat, id est gen- ^{pi-} tilium deos, solem, aut lunam, ignem, vel fructus, aquas fontium, vel lapides, vel alicuius generis ligna, vel ^{* id est} vvic- ^{veni-} cencreft diligat, vel mortificia quoquo modo suscipiat, ^{cia-} aut in forte, aut in ^{* id est} firhte, vel in similibus phantasiis, vel ^{accidit} præstigiaturis aliquid agat. ^{telis.}

IV.

Si quis ministrum altaris occidat, vtlaga sit erga Deum & homines, nisi dignis satisfactionibus veros pœnitentia fructus ostendat, & erga parentes eius emendet, vel ^{* id est} vve- ^{capit} relada se adlegiet, & infra triginta noctes hoc incipiat apud ^{in nob} Deum & homines super omne quod habet. ^{piosa-}

V.

Si quis ordinatus vel alienigena seducatur in aliquo de pecunia vel vita, sit ei rex pro cognatione & aduocato, si penitus alium non habeat, & emendetur regi sicut iustum est, vel illud factum nimis profunde vindicet. Christiano regi iure pertinet, ut Deo factas vindicet iniurias secundum quod acciderit.

VI.

Si quis minister altaris hominem occidat, vel malis actibus supra modum differatur, ordine simul & dignitate priuetur, & peregrinetur sicut ei papa suus iniunget, & opus emendet sedulo. Si se purgare velit, tripliciter hoc faciat: & si non infra triginta noctes hoc incipiat erga Deum & homines, extra legem habeatur.